

lis in ea contentis, tenore præsentium perpetuo confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos tam juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, illaque inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat et spectabit in futurum, observari: sicque et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam, de latere legatos, et quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et diffiniri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus, quoad ea quæ declarationi prædictæ et præsentibus sunt contraria vel diversa, constitutione felicis recordationis Clementis Papæ VIII prædecessoris nostri prædicti, ac omnibus illis quæ idem Clemens in constitutione hujusmodi voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

»Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die XVI Octobris MDCXL, Pontificatus nostri anno decimo octavo.—
M. A. MARALDUS.»

3786. P. ¿Qué se entiende en este lugar por *largitio munerum*?

R. Prescindiendo de la interpretación que le dan los gramáticos, los cuales distinguen estas dos palabras *largitio* y *largitas*, en este lugar los juristas entienden por *largitio* lo mismo que *datio liberalis*; «quæ quidem datio, como dice Donato (*Praxis Regularis*, tom. 1, tract. XV, q. 1), cum sit virtus moralis ad beatitudinem ordinata, et reipublicæ valde necessaria, non potest præsumi quod in vim hujus *constitutionis* sit omnino et absolute ac omnibus modis regularibus

interdicta; sed illa tantum quæ sit imprudens, immoderata, et indiscreta; non autem quæ votum paupertatis non violat, nec enormiter monasterium lædit; etenim *constitutio* hæc, ut infra dico, non statuit jus novum, nisi quoad pœnas transgressoribus inflictas, et quoad formam approbandi causam et modum largiendi.

»Quapropter dico, quod religiosorum prælati et subditi possunt facere donationes etiam intuitu liberalitatis; discrete tamen ac religiose, juxta formam *dictæ constitutionis et declarationis* Sacræ Congregationis supra positæ (la poco antes transcrita).

»Secus autem indiscrete, sive donent ad finem ambitionis, sive ob aliam causam, dummodo per talem donationem votum paupertatis violentur: Sorb., cit. loc., in princip. expositionis in 2 adver., etc.; Diana, 1.^a part., tract. *De paupert. relig.*, resol. 2; Sanchez, lib. 7, cap. 8, *Summ.*, num. 5; et Thesaur., 2.^a part., *Prax. de pœnis*, cap. 10, verb. *Munera*, § *Sed*, etc., titulo donationis.»

3787. Aunque hubo varias causas para que se diesen las disposiciones pontificias que quedan copiadas de Clemente VIII, y la declaración de Urbano VIII, que mitiga la anterior, y aún cuando todas estas causas se deben considerar como principales, pero la mayor de todas ellas que movió á los dos Pontífices fué la custodia del voto de pobreza, á cuya guarda se ordenan las otras tres causas que señalan los autores; y la razón es, «quia fundamentum religiosæ disciplinæ est paupertas religiosa, ut dicitur in Clement. *Exivi de paradiso*, *De verbor. significat.*, et cap. *Exiii*, eod. tit.»

De aquí es que si alguno que había contravenido á las bulas de los dos Papas citados dijese que él no hacía las donaciones ó regalos «ut accipetur gratiam superioris, vel alterius, sed ob alium finem, non ob id excusaretur a pœnis *dictæ constitutionis*,

quia licet in tali casu cessasset unus finis, nempe, simoniæ, nihilominus non cessaret finis principalis, utpote violatio paupertatis, ad quam religiosus debet semper respicere; prout colligitur ex textu § *Affinitatis*, instit. *De nuptiis*, ubi dicitur, quod *quando sunt plures causæ æque finales, cessante una, non cessat altera; prout occurrit in casu posito*, quia licet cessasset dilapidatio bonorum monasterii, aut simoniæ, numquam tamen potest cessare illa quæ respicit votum paupertatis, quod est fundamentum religionis, ut dixi; et hæc vera sententia, quam amplectitur Sorb., cit. loc., verb. *Tertio*, in § 1, a Sancto Fausto, etc.: ac proinde regulares et moniales, etiam cum licentia sui superioris, non possunt inter se munera elargiri, nisi cessante ambitione, et salvo remanente voto paupertatis, ut dictum est supra, et sequitur Tambur., *De Jur. Abbatiss.*, disp. 9, q. 9, ubi dicit opinionem Dianæ posse habere locum in rebus minimis, quæ paupertatem non violant, et a legislatore non habentur in consideratione.»

3788. P. Las constituciones de Clemente VIII y de Urbano VIII establecen un nuevo derecho para los regulares?

R. Aunque á primera vista parece que lo establecen, todos los autores que escribieron sobre ellas dicen que estas disposiciones pontificias no revocan el antiguo derecho canónico, sino que lo renuevan. Donato, en el lugar citado, q. 3, dice así:

«Perinde, largitio munerum de antiquo jure communi est omnibus regularibus vetita per ea quæ habentur in cap. *Nulli liceat*, et cap. *Si quis*, *De reb. eccles. non alien.*: etenim qui nihil proprium habet libertatem rei alienæ dare non potest: cap. *Abbatis*, distinct. 54; nec juri communi potest derogari, nisi a Summo Pontifice dicatur, quod in *dicta bulla* minime reperitur;» no obstante, en cuanto á las

penas que se establecen en esas constituciones, y en cuanto á la forma y aprobación de los que han de concurrir á autorizar las donaciones, se introdujo alguna novedad en el derecho, especialmente en la constitución de Clemente VIII, moderada algún tanto por la de Urbano VIII: «Quo vero ad reliqua, nihil novi præcipit; etenim prohibet largitiones, erogationes, et munera rerum monasterii, quæ alias de jure erant illicitæ et prohibitæ; et quidquid olim erat licitum, etiam hodie licitum remanet: Suarez, tom. 4, *De relig.*, tract. I, lib. 2, cap. 26, num. 15, et alii plures, quos refert et sequitur Carol. Thes. in sua *Praxi de pœnis Eccles.*, 2.^a part., verb. *Munera*, cap. 10.»

3789. En cuanto á las personas á quienes obligan dichas constituciones, se puede decir que á todos y á cada uno de los religiosos y religiosas profesos de cualquier Orden, sean mendicantes ó no mendicantes, de cualquier grado y dignidad: «Quamobrem, Abbates canonicorum regularium, Fratrum claustralium, Cisterciensium, et similibus Canonicorum Sancti Augustini, non possint largiri contra dictam bullam; quia licet gaudeant jurisdictione episcopali, adhuc sunt viri religiosi, partes, et membra suæ religionis: Navarrus, comment. 2 *de regul.*, num. 6, et com. 4, num. 70; Ricc., in dic. 4.^a part. *Praxis*, resol. 81; et Bonac., ubi supra, punct. 2, num. 1.» Hasta aquí Donato, en el lugar citado.

Estas constituciones obligan también á los religiosos y religiosas, aún cuando por cualquier evento moren fuera del claustro en compañía de su familia, ó con cualesquiera otras personas. Comprende también al que, estando profeso en un instituto religioso, pasa á otro distinto, y es novicio en él; porque éste realmente es ya profeso en el otro instituto que dejó. Según Donato, comprende también á los religiosos de la Compañía de Je-

sús, «quia (son palabras de Donato en el lugar citado, q. 7, núm. 4) sunt veri religiosi, etsi solum tria vota simplicia emiserint; ut patet ex bulla Gregorii XIII, edita anno Dom. 1582, quæ incipit *Quanto fructuosius*, et docent Sanchez, *De Matrim.*, disp. 25, num. 15; Rodrig., tom. 1, q. 1, art. 2; et Garcia, *De benef.*, part. 7, cap. 10, num. 53.» Como los Jesuitas tienen tantos privilegios, no sé si habrán obtenido alguna moderación sobre lo dispuesto en estas constituciones.

3790. Las disposiciones pontificias que tratan de *largitione munerum* no comprenden á los individuos de las Ordenes militares, «ut sunt Sancti Joannis Baptistæ, Sancti Jacobi, Sancti Stephani, Calatravæ, Alcantara, et similibus Ordinum, prout expresse dicitur in § 2, ibi: *Non tamen militiæ*: et ratio esse potest, quia licet hi militiæ sint veri religiosi, attamen non vivunt in clausura, nec prope habent legitimum superiorem, a quo possent in largiendo moderari, et præcipue in dimicando contra hostes fidei.»

3791. Tampoco comprenden estas constituciones pontificias á los novicios y novicias, porque ellas expresan que hablan de *regularibus utriusque sexus*; y, como muy bien dice Donato en el núm. 7 del lugar citado, «novitii seu novitiæ non dicuntur propriæ regulares, qui emittunt tria vota essentialia in aliqua religione approbata a Sancta Sede; et ista duo requiruntur copulative, adeo ut, uno deficiente, non sequatur effectus; quapropter ab omnibus dictum est quod in odiosis novitii non veniunt nomine monachorum, prout erudite loquitur Sorbus et Ricc., cit. loc., et Novar., *De elect. fori*, q. 63, num. 14, sect. 2, et fuse Sanchez in *Summ.*, tom. 2, lib. 5, cap. 5, num. 12.» Por la misma razón no se comprenden en estas constituciones los anacoretas, ermitaños, beatas, terciarios ó terciarias de la Orden de Predicadores, de San

Francisco, oblatos, donados, clérigos y seglares, aunque vivan en comunidad: en fin, todos los que no hacen los tres votos en religión aprobada por Su Santidad; porque, como muy bien dice Donato (núm. 8 de la citada q. 7, con otros autores), «aliud est habere modum approbatum, et aliud fecisse professionem in religione approbata: Ricc., cit. loc., et Faustus, ubi supra, q. 188, in 2 edic.»

3792. También se exceptúan los religiosos que son elevados á Obispos, «vel alias habentes beneficium ecclesiasticum (son palabras de Donato en el lugar citado, núm. 9), ex quo in bulla prohibentur illæ largitiones quæ fiunt de bonis pertinentibus ad religiosorum monasteria; et largitiones Episcopi religiosi vel habentis beneficium ecclesiasticum non fiunt de bonis monasterii, sed de redditibus quorum liberam habent administrationem de licentia Papæ; nam Episcopus religiosus libere potest disponere inter vivos, non solum de fructibus opera sua aut aliunde acquisitis, verum etiam de fructibus et redditibus sui episcopatus vel beneficii, uti Episcopus et beneficiarius sæcularis, prout Rota decidit decis. 215, num. 3, part. 2 in novissimis; et refert Ricc., in dict. 4 part., resol. 84, num. 1, et Bonac., in dict. disp. 3, punct. 2, num. 3.»

* Para la recta inteligencia de lo que dice el autor en este número respecto de los religiosos que desempeñan el cargo de algún beneficio, ténganse presentes las siguientes resoluciones:

«Beatissime Pater: Pater Provincialis, Ordinis Prædicatorum, in Insulis Philippinis, humiliter provolutus ad pedes Sanctitatis Tuæ, enixe deprecatur: 1.º Ut Sanctitas Tua declarare dignetur, parochos regulares in dictis insulis, etiam cum collatione canonica, subjectos esse jurisdictioni suorum prælatorum regularium, eis que debere in omnibus obedire, nisi

in iis, in quibus ratione curæ animarum, subjiciuntur Prælati diocesanis. 2.º Et quia nonnulli prædictorum parochorum sustinent, se posse libere disponere absque licentia suorum prælatorum regularium de iis, quæ, vi et intuitu beneficii, obtinent, Sanctitas Tua declarare dignetur, prædictos parochos, vi votorum obedientiæ et paupertatis, de nulla re disponere posse, neque etiam de iis, quæ via stipendii aut emolumentorum parochialium acquisiverunt, nisi juxta leges proprii Instituti, et dispositiones prælatorum regularium, iis solummodo exceptis, quæ ex justitia et charitate debentur fidelibus suæ parochiæ adscriptis. Quod Deus, etc.—Ex audientia Sanctissimi. Die 18 Junii 1872. Smus. Dominus Noster Pius, divina Providentia PP. IX, referente me infrascripto Sac. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis præpositæ Pro-Secretario, propositis dubiis rescribendum mandavit:

«Ad 1.º, parochos regulares, curam animarum exercentes, in iis, quæ ad dictam curam et Sacramentorum administrationem pertinent, ex Tridentini Decreto, ses. 25, cap. 11 *De regularibus*, et ex constitutione *Inscrutabili*, Gregorii XV, § 2, subesse jurisdictioni, visitationi et correctioni Episcopi loci; in reliquis vero subjectos esse superiorum regularium jurisdictioni, secundum proprii Ordinis regulas et constitutiones.

«Ad 2.º, parochos regulares tribus substantialibus votis, sicut cæteros regulares, manere obstrictos, eaque servare debere juxta proprii Instituti regulas et ordinis constitutiones, quatenus officii parochialis et vitæ regularis ratio patitur, ubi extra cœnobia ad animarum curam exercendam degunt.—Datum Romæ, e Secretaria ejusdem Sac. Congr., die, mense, et anno prædictis.—MARIANUS, ARCHIEPISCOPUS PALMIRENSIS, Pro-Secretarius.»

Estas resoluciones están conformes con el Breve *Religiosorum quorumcumque*, de Clemente VIII (8 de Noviembre de 1601), por el cual los «regulares curam animarum exercentes in Indiis considerantur viventes intra claustra et in concernentibus curam animarum Ordinario loci subesse; in reliquis vero non Ordinario loci sed suis superioribus subjectos remanere de quorum licentia extra claustra degunt.»

Mas no solamente están sujetos al prelado regular en Filipinas los religiosos que desempeñan beneficio parroquial en virtud de bulas pontificias, sino que también lo están aun para la remoción de la parroquia en virtud de las mismas bulas (véase el núm. 3873) y de la cédula real (29 de Septiembre de 1807), á saber: cuando sea nombrado en Capítulo ó fuera de él algún doctrinero para empleo de la Orden, deba admitirle sin excusa y dejar el curato... pasándose á proveer en otros del mismo instituto á que corresponda. El que desee enterarse del origen, vicisitudes y estado actual de los religiosos que desempeñan en Filipinas el ministerio parroquial, lea las anotaciones hechas por el R. P. Matías Gómez, O. P., á las Instituciones canónicas de los libros 3 y 4 de *Devoti*, *De foro compet. parochorum regular. in Philippinis*, pág. 41.*

3793. Por último, dice Donato, en el núm. 10: «eximuntur a dicta bulla religiosi ejecti et expulsi a religione juste vel injuste, ex quo non sunt sub obedientia prælati regularis, ob quod videntur habere liberam administrationem suorum bonorum, utcumque acquisitorum; etiamsi aliunde peccent prodige et immoderate expendendo: Bonac., multis citatis ubi supra num. 2; de qua re vide quæ dixi in tract. *De ejectis*.»

3794. P. Las donaciones que se hacen por causa de remuneración, ¿están prohibidas en estas constituciones pontificias?

R. He aquí las palabras de Donato respondiendo á esta pregunta (tom. 1, tract. XV, q. 8): «1.º **Negative** dic juxta prædictam **declarationem Sacrae Congregationis**; et merito, quia bulla loquitur de donatione **gratiosa**, quæ fit ex mera liberalitate, quæ **secundum Divum Thomam**, communiter receptum, in 1 *Sentent.*, dist. 18, q. 1, art. 2, in corp., est datio **irredibilis**, compensationem non intendens, sed tantum importans liberalitatem in donante, quæ liberalitas concernit rem propriam, cujus religiosus non est capax: cap. *Non dicatis*, 18, q. 1; hæc est vetita regularibus cap. *Nulli liceat*, et cap. *Si quis, de reb. eccles. non alien.*, et cap. *Ad monasterium, de statu monachor.*

»2.º Datio vero antidoralis, seu remuneratoria, est **compensatio** debita alicui ob servitia præstita; vel est permutatio, aut solutio debiti, ut expresse dicitur in leg. *Aquilus Regulus*, ibi: *Defendi, non veram donationem esse verum officium magistri quadam mercede remuneratum*; et in leg. *Sed et si lege*, § *Consuluit*, in fin., ff. *de petit. hæreditatis*, velut genus quoddam hoc permutationis, fitque ex virtute gratitudinis, et ex morali honestate, debita de jure naturæ: leg. *Si non forte*, ff. *de conditionibus indebitis*, et leg. *Si non fit*, ff. *de petit. hæreditatis*.

»3.º Ideoque, qui prohibentur donare, poterunt tamen ex causa remunerationis hoc facere, ut in tutore, curatore, et similibus advertit Rodrig., tom. 2, q. 47, art. *Crucius*, lib. 1, *De stat. relig.*, cap. 3, dub. 4, post. conclusionem 3.ª, verb. *Nota primo*.

»4.º Quot procedit etiam in regulariis, ut determinavit Rota coram Eminent. Ludovisio, 13 Februar. 1609, et refert Ricc. 3.ª part., decis. 227, numer. 5, et magis ample 4.ª part. *Prax.*, resol. 83; et Navar. in comment. 2 de regul., num. 12.

»5.º Nec dicet, quod in dicta bulla prohibetur aliquid erogare in honorem alicujus etiam benefactoris, aut ad be-

neficiorum acceptorum memoriam et testificationem grati animi, ut in § 9.

»Quia hoc prohibetur in casu particulari, hoc est, in casu hospitandi, et expendendi pecuniam ad honorem introitus et adventus superiorum, ut clare habetur in dicta constitutione, non autem in aliis casibus; et exceptio firmat regulam in casibus non exceptis: leg. *Quæsitum*, § *Denique, de fid. instrument.*, § *Aut autem*, authent. de non alien.; et docet La Cruz, cit. loc., verb. *Tertio præcipitur*; Sorb., in exposit. dictæ bullæ, verb. *Item alius casus est*; Ricc., decis. 227, cit. loc. fin.; et Bonac., ubi supra, pag. 3, num. 2.

»6.º Hinc religiosi poterunt remunerare servitia sibi præstita a famulis, nautis, vecturinis, cauponibus, et gratificare beneficia recepta a medicis, advocatis, procuratoribus, et ab aliis; hæc enim et similia non sunt proprie donationes, sed satisfactiones, et remunerationes.

»7.º Imo poterunt ultra salarium debitum aliquid amplius donare ratione gratitudinis, quæ postulat semper amplius reddi quam sit acceptum: etenim intendit remunerare affectum; qui habet respicere gratiam et amicitiam, prout in propriis terminis egregie docet Div. Thom., 2.ª 2.ª, q. 106, art. 6.

»8.º Verum istud plus non debet excedere valorem meritorum ac beneficiorum in quarta parte; ut si, v. gr., merita valeant duodecim, et a religioso et moniali donentur sexdecim: Navar., *De reddit.*, q. 1, num. 61; Sanchez, *De Matrim.*, tom. 2, lib. 6, numer. 91; et alii plures, quos refert et sequitur Diana, cit. loc., resol. 12.

»9.º Insuper, istud plus potest referri ad alias virtutes, ut illud quod ultra justum salarium datur famulis pro magna fidelitate adhibita in negotiis monasterii; et illud datum advocatis et procuratoribus ad bonum exitum litis; et illud datum ad exigendum pecuniam ecclesiæ sine lite et strepitu judicii; et illud datum nautis et

cauponibus ad redimendam propriam vexationem, ne, scilicet, male tractentur ab illis: quibus tamen omnibus debet accedere licentia legitimi superioris, juxta formam præscriptam in prædicta declaratione Sacrae Congregationis.

»10. Nec objicies, quod per hujusmodi donationes remuneratorias minuitur Christi patrimonium, et consequenter sunt prohibita: tum quia hæc remunerationes non fiunt in præjudicium monasterii, sed in ejus utilitatem et decorem; incitant enim benefactores ad magis in posterum benefaciendum; tum etiam quia donatio antidoralis debetur hominibus de jure naturæ, quo tenemur benefactoribus benefacere; tum denique quia constitutio prædicta non intendit tollere jus naturæ, sed abusus circa paupertatem, et dissipationes bonorum ecclesiæ.»

3795. P. Las constituciones pontificias *De largitione munerum* tienen lugar respecto de las limosnas?

R. No tienen lugar; porque los Papas hablan de *largitione munerum* «quæ fit ex mera liberalitate; largitio autem eleemosynarum est actus charitatis, misericordia mediante,» como dice Santo Tomás (2.ª 2.ª, q. 32, art. 1). Es más: si el pobre estuviese en extrema necesidad, el religioso podría darle limosna, *etiam invito prælato*; porque, como dice Santo Tomás en el lugar citado, art. 8, in responsione ad 1.º: «Nisi forte in articulo extremæ necessitatis, in quo licitum esset ei (religioso) furari, ut eleemosynam daret.»

3796. P. ¿Las bulas citadas de los Papas obligan á culpa grave?

R. Los que dicen que estas bulas no fueron recibidas, claro es que dicen que no obligan á culpa mortal; y áun algunos de los que dicen que fueron recibidas afirman que son penales, y que así no obligan á culpa: en cuanto á esta segunda razón que alegan, no tiene fuerza alguna, porque las leyes

penales muchas veces son mixtas de penales y preceptivas, y tal es la presente, como manifestamente se infiere del contexto de las palabras severas de los Papas en las bulas de *largitione munerum*. En cuanto á la primera razón, no hay duda que autores muy graves dicen que no fué recibida esta bula de Clemente VIII, ni la declaración de Urbano VIII; entre ellos Graciano, Marcel., Megal., Valer., Carthus., Homob., Anton., Dian., Bord., Sanch. (1): no obstante, aunque dicen que en España se suplicó esta bula, como realmente es cierto, mas como dice Donato en el lugar poco antes citado, num. 3, «licet de hac constitutione fuit supplicatum, non tamen fuit admissa a Papa dicta supplicatio; et sic in Hispania per Nuncium apostolicum fuit hoc intimatum cunctis Ordinum procuratoribus, illis præciendo, ut de hoc suos superiores certiores facerent, et executioni mandarent; prout de visu et auditu testatur noster P. M. Fr. Joannes de la Cruz, in lib. 1, *De statu religioso*, cap. 2, post quintum dubium, in fin.»

3797. Hablando Donato de los que afirman que no fueron recibidas estas disposiciones pontificias, dice así, en la q. 10 citada:

«Sed de his ego demiror, tum quia prædicta constitutio apud magis timoratos fuit semper in usu (Lezan., 3.ª part. *Summ.*, verb. *Dare*, num. 1), et præcipue apud Dominicanam familiam; nam in Capitulo generali Valentia celebrato 1596, et Capitulo romano 1601, fuit intimata, et pro observantia ipsius fratribus commendata, ut patet ex actis, et refert Fes-

(1) En cuanto á los lugares en particular donde afirman estos autores que no fueron recibidas por el uso las constituciones de Clemente VIII y Urbano VIII, véase á Donato, tom. 1, tract. XV, q. 10, números 1 y 2, pues yo los omito por brevedad.